

AD CHRISTIANISSIMVM GALLORVM REGEM,

PROGNOSTICON Anni. 1537. æditum. Romæ per Ioãnem de Rogeriis Arpinatem. L. Gaurici seruulum. Atq; Discipulum.



QVONIAM Inclitissime Rex De tua Maestate Augustissima per uniuersam ferme Europã adeo modum Gloriosus Rumor increbuit. Te vnicum præ cæteris Regibus atq; principibus Christianis Agere Mecenatem illum Tuscum, Munificentissimus, & singulos propemodum uirtute præditos fouere, Amplissimisq; muneribus decorare. Itidem tuus Orator clarissimus. D. Carolus Mausconensis Cardiñ. Reuerend. Apud celebriores vrbis viros sepenumero certius cõprobauit, Iccirco hac fœlici fama impulsus Dñs & præceptor meus, Lucas Gauricus, tuæ Celsitudini deditissimus. Admonuit iussit'q; mihi, ut Anni. 1537 præditiones nostras tuæ Maestati Augustissimæ dicatas ad te destinarem. Quibus quid conscia fatorum sidera pollicecantur agnoscere, & rebus tuis consulere ualeas. Vale, Et fœlix viuas ad Nestoreos Annos. Ex vrbium Principe Roma Kalend. Ianuarii. M. D. XXXVII.

PTolemæus libro secundo Apotelesmatum inquit: In cõuersio nibus Annuis quatuor principia constituantur, Arietis, Cancri, Libræ, Capricorni, atq; ab Arietis initio, fit iudicium de statu veris, De Estate a Cancro: De Autũno a Libra: De hiẽme, a Capricorno obseruatis tñ interlunijs atq; plenilunijs luminarium præcedentibus, ex quibus tempora mutationes iudicantur in vniuersali, particulariter uero per interlunia & plenilunia in uno quoq; signo: Anno igitur. 1537. labente. Veris Initium erit. x. Martij circa Solis occasum, horoscopante in Romuleo finitore ultima Virginis decuria. Estatis. xij. Iunij in ortu Solis, emergente primo Cancri decano. Autumnij. 13. Septembris hora. o. m. 20. post Solis occasum, hiemis. xi. Decẽbris hora. x. post Meridiem, Sole dominatũ sibi uendicãte, vere, estate, & hieme: Autũno, Ioue & luna Sumus in orbe magno. 14. in completo, Magni orbis signũ Leo, gra. 19. m̃. 50. Luna magni orbis regina, directionis gradus 28. Scorpij, diuisor autem Sol.

De Temporum qualitate.

Vere nouo Aer declinabit ad temperiem & multæ defluent salubres pluriæ in prima medietate Martij spirabunt venti, in vltima pluuiæ: Aprilis ad Idus. Maij erit aliquantisper pluuius & temperies aeris atq; cœli clementia, erunt enim calores maximi per totã ferme estatem: Autumno magni flabunt venti, & procellose defluent pluuiæ, hiems erit frigidissima, cum niuibus altis præsertim Mense Decembri. 1537. & Februario. 1538. Anno præterea. 1537. uertente in uarijs regionibus erunt terremotus: Labente anno gratiæ. 1537. Turcharũ Rex cũ exercitu suo nõ innet contra Christicolas in Italiam, nec erit cuertum aliquod bellum, nisi fortasse armorum plurimi apparatus, & mauortij tumultus. Nihilo secus plebei & proceres suorum regum ac principum

Tyrannides experientur acerbas, & a militibus plurimum exagitati. Eodem Anni. 1537. interstitio sunt plerique cœlorum desfluxus qui intra Cæsaream Maiestatem & Franciscum Gallorũ Regem Christianissimum pacis fœdera pollicentur: verum enim vero insidias Turcharum perhorrescant Pannonia, & Cartago olim Africe Metropolis, vbi nunc Tunes.

De Annonæ & rerum bubertate.

Annona uerget ad latus bubertatis, hieme autem. 1538. pauslisper ad raritatem, vinum Anno. 1537. charius uenundabitur, quàm in reliquis temporibus Anni estate & hieme.

De Egritudinibus.

Multi ex plebecula & mulieres vere & Autũno febribus melancolicis, ac pestiferis, seu venenosis cõflictabuntur. Quedam regina & duæ saltem inclitæ mulieres Interibunt.

De Lunæ Deliquio.

Anno. 1537. Lunæ defectus prope nodum Meridianum celebrandus Die. 24. Maij circa Solis occasum, ex febribus pestiferis inclitæ Regine, plurimis Mulieribus & plebeis mortem denuntiare uidetur, & vti scripsit proclus litus æquorum, mularumque, & Armentorum interitus plurimos: Ptolemeus autem Apotelesmatum libro secundo: ex Ioue deliquij & anguli sequentis domino, vaticinaretur hominibus sanitatem gaudia, animorũ tranquillitatem, pacem, securitatem, & Annonæ frugum atque animantium quæ ad uitam degendam sunt necessariæ bubertatem & Abundantiam, est enim Iupiter vniuersæ fœlicitatis autor, Mars nihil obesse poterit, Ioui platice alligatus. Ignari rerum cœlestium semper luminarium eclypses, non nisi grande aliquod malum portendere arbitrantur. Quid policeatur Eclypsis futura 16. die Nouembris in præsentia reticebimus, quoniam suos producet effectus Anno sequente. 1538.

De Romanis.

Anno ab vrbe condita. 2110. Qui terminabitur Kalendis

Aprilis. 1 5 3 8. licet Mars per septimam conuersionis progre diatur Romani, ex rebus bellicis nihil molestiarum degustabunt, quippe qui erunt hostibus potentiores, pleriq; Iouiales, plebei, & mulieres interibunt, proceres plurimi erunt ad edificia, agrorum culturas, gaudia, venereas illecebras, connubia, nuptias celebran das, religionem & itinera longa solito procliuiores, Mulieres gra uidæ ut plurimum masculos parient, & plereq; abortiuos facient & morti occumbent.

De Florentinis.

Omnes quodãmodo tum Florentini, tum Romani norunt quesdã non triuiales sed entheos uates prædixisse, Ducis Alexandri Mor tem violentam. Ego autem uaticinor paupertulos Florentinos an no. 1 5 3 7. molestias et plurima detrimenta ab Militibus perpes suros, sed iam tandem ad pristinam redibũt Auream libertatem. Multa fient edificia, sed pars magna Arcis diruetur & solo equa bitur. Cosmus Medices si uenit in lucem horoscopante tertia can cri decuria non longo tempore Florentiæ sceptra tenebit, Immo usq; ad calcem Iulii. 1 5 3 8. sibi ab egrotatione acuta, & ira Martis præcauendum erit, si uitam habuerit charam, Alexan der vitellus erit in eadem naui.

De Venetis.

Veneti ad calcem usq; Martii nullam facient dominii iacturã, Im mo potius Diui Marci sceptra dilatabunt, licet propter milites maxima facturi sint dispendia, Verum ab incendiis ab euentu fa ctis non nihil detrimenti sentient per urbem Neptunniã. Magnus quidam patritius, & plurimi ex plebecula præcipue Saturnini in teribunt, Mercatores in cõmutandis mercibus, & itineribus erunt fortunatiores, ad edificia & nuptias celebrandas propensiores, quo rundam inimicorum mortem audient.

De Bononiensibus.

Ad. 2 2. usq; Diem Maii. 1 5 3 8. Bononienses erunt ad litte rarum studia, merces cõmutandas, & hastiludia procliuiores in lon

gisitineribus infortunabuntur, Mulieres multos facient abortus
& internitionem sentient plebes ex morbo gallico, scabie, & febri
bus pestiferis cōflictabuntur. Petrarcus quidam interficietur, & duo
saltem morti occumbent, cum pleriq; ecclesiasticis.

De Mediolanensibus.

Ad Kalendas usq; Iunij. 1537. *Mediolanenses pauperculi &*
tota ferme Insubria usq; Liguriae a militibus, & tributis pluris
mis uexabuntur. Duo ex nobilioribus decapitabuntur, & pluri
mi morientur. In residuum Anni ad Kalen. Iunij. 1538. ad
gaudia venereas illecebres & cōnubia propensiores feliciori sorte
letabuntur: Multa fient edificia, erunt in mercibus fortunatiores,
Ab rege ipsorum tractabuntur mitius q̄ superioribus Annis, Ad
agrorum culturas & pecunias exaggerandas, sat propensi, Sa
turnini pleriq; interibunt.

De Constantinopolitana Vrbe.

Apud peram & bizantium plurimi ex plebe & aliqui ex liberis
Turcharum Regis internitionem degustabunt ex febribus pestife
ris, Tyrannus ille perfidus in aqueis motibus precipue longis infor
tunabitur & naufragij incōmoda experietur: Immo in qualibet
eius bellica expeditione sortem experietur amaram neq; ruet con
tra christicolas, & ante finem Anni. 1538. eius Imperium di
ruetur & anima ipsius nephāda ibit ad infernos nō reditura lacus.
Et uti speramus & sidera pertendunt, impia Mahometti secta pe
nitus diructur ante exitum Anni. 1543. & Bizantij vrbs, si
Christicolae reges uolent, sub Christi redemptoris nostri vexillo
reuocabitur.

De Beatiss. Paulo. III. Pont. Max.

Ad calcem usq; Februarij. 1538. Paulus Tertius Pont. Bien
tissimus patriae princepsq; paterq; sanitate letabitur, plurima au
spicabitur itinera honoratissima, pro generali synodo, ut sacro san
cta Ecclesia pulcherrime reformetur: Pro militibus solito maiora
faciet dispendia, quorundam aduersariorum & infidelium mero

tem uel excidium audiet, Inter Reges & principes Christianos federa pacis procurabit eosq; rediget cõcordes cum maxima suae sanctitudinis gloria & laude perenni, plerosq; virtute praeditos extollet, eritq; seruis suae Beatitudinis plus solito oportunus, multa suo nutu fient per vrbem edificia, sed quaedam diruentur ab incendijs fortuito factis.

De Caesare Carolo. V.

Maiestas Caesarea ad Kalendas vsq; Martij. 1538. effugiat itinera aequorea praesertim longa ne volet naufragij subire discrimina, vtatur etiam bono regimine, ut pernitiosam euitare ualeat egrotationem, quam sidera minantur, non accedat ad bellicos conflictus praesertim vbi tormentales machinae traijciuntur, si vitam habuerit charam, rogetq; Diuinam Maiestatem, vt ab enarratis periculis tueatur, sidera pollicentur ei filium masculum, licet Imperatricis Annua conuersio filiam decernat, inclitae reginae Maiestas plurima arripiet itinera, & terris, & aquis, ob sororis, fratris, uel consanguinei mortem tristabitur.

De Christianissimo Gallorum Rege.

Ad Idus vsq; Septembris. 1537. sidera suae Maiestati Augustissimae pollicentur optimam corporis valitudinem gaudia, & Regnorum suorum incrementa, in rei militaris disciplina erit solito fortunatior, mage propensus ad arma, contra Turchas & Arabes quam contra Christicolas, Quorundam aduersariorum excidia, seu mortem audiet, amicus efficietur hostis occultus, multos virtute praeditos extollet a quibus summis laudibus celebrabitur. De liberis suae Maiestatis nihil vaticinari possumus quom genitura ipsorum non dum circunferantur neq; ad nostras manus peruenerint.

De Ferdinando Romanorum Rege.

Ad. X. vsq; Martij. 1538. in oculo aliquid mali sentiet sed sanabitur & latus viuet: In aqueis itineribus infortunabitur, cuiusdam potentis inimici mortem audiet, suorum regno-

gnorum sceptra dilatabit, uel ad altiorem gradum ascendet, filia si sit nubilis viro copulabitur, sed altera interibit aut grauiter egrotabit.

De Rege Lusitanorum.

Ad.X.vsq; *diem Iunij.* 1538. *superabit suos hostes precipue Arabes, & Turchas, multa arripiet itinera honorata Thesauros suos exaggerabit, filius si sit vxori: aut filia uiro copulabitur, sua Maiestas prauideat sibi ne in melancolicam dilabatur egrotationem, soror, vel vnus ex fratribus erit in maximo vite periculo. Cardinalis autem Illustriss. & Reueren. longa auspicabitur itinere, utircor ad vrbem.*

De Vayuoda Rege.

Labente. 1537. *in partibus obscenis aliquid mali degustabit & ventris profluuium, tamen euadet, licet habiturus sit potentes inimicos statum suum tuebitur, in bellis fortunabitur, hostis vnius mortem audiet, suos Thesauros cumulabit, ducet vxorem aut plurima fient uerba de ipsius connubio.*

De Hercule.II. Ferrarie Duce.

Ad calcem usq; Martij. 1538. *Sanus ac letus sui dominij sceptra tuebitur, aliquam sortietur hereditatis portionem, uel opes affluentissimas ab insperato, uel sine labore, virtute preditos fouebit, aliqua auspicabitur itinera honorigera, filium seminabit, uel ei nascetur, & tandem omnia sibi ex sententia succedent.*

De Federico primo Mantuanorum Duce.

Ab medietate Maij. 1537. ad. 1. Maij. 1538. *Catarro confligabitur aut alteratione melancolica & non nihil mali in oculo, suum dominium dilatabit, filiam plantabit, uel ei nascetur satis formosa.*

De Ferdinando Gonzaga.

Caueat sibi ab acuta alteratione, & ne ab equo aliquid sinistri patiatur, iram Martis effugiat, & ne ad hostiles manus

detrudatur in conflictu præsertim duelli co, cuiusdam hostis publici mortem audiet, uxor, si sit, uitæ discrimina, degustabit, ipse in motibus suis venerabitur.

De Francisco Vrbini Duce.

Ad calcem usque Martij. 1 5 3 8. multi cælorum defluxus maligni, propter equos & milites magna minantur dispendia, carceris, aut exilij incomoda, si in duellum exierit, facile ad hostium manus perueniet, quos experietur potentissimos, aliqua ciuitatem uel oppidum deperdet, filius uel filia non recte habebit, sed duce solita prudentia & amicorum patrocinio posset hosce malignos afflatus effugere.

De Vasti Marchione Inuictissimo.

Si venit in lucem horoscopante spica Virginis, Venus, Regina Anni. 3 7. suæ ætatis qui terminabitur circa Idus Maij. 1 5 3 8. decernit ei sanitatem & gaudia, ad Venereas uoluptatum illecebras procliuior magno capietur Amore: plus solito uenerabitur, suos Thesauros augebit, & statum conseruabit, uotorum ferme omnium compos.

De Ferdinando Salerni Principe.

Anno. 1. 5 3 7. præuideat sibi ne in oculo præcipue dextro, aliquid sinestri patiatur, & ne a quadrupede aliqua ex parte ledatur, si eius vxor Illustrissima non fuerit penitus sterilis filium suscipiet ueuustum, aut ei nascetur. Princeps Serenis. erit ad edificia procliuior, sui etiam Dominij sceptra tutabitur.

Datum Romæ Kalen. Ianu. M. D. XXXVII.

AD CHRISTIANISSIMVM GALLORVM REGEM,

PROGNOSTICON *Anni* . 1537 .
æditum. Romæ per Ioãnem de Rogeriis Arpinatem . L . Gaurici seruulum . Atq; Discipulum .



QVONIAM *Inclitissime Rex De tua Maestate Augustissima per uniuersam ferme Europã admodum Gloriosus Rumor increbuit . Te vnicum præ cæteris Regibus atq; principibus Christianis Agere Mecenatem illum Tuscum , Munificentissimus , & singulos propemodum uirtute præditos fouere , Amplissimisq; muneribus decorare . Itidem tuus Orator clarissimus . D . Carolus Mausconensis Cardiñ . Reuerend. Apud celebriores vrbis viros sepenumero certius cõprobauit , Iccirco hac fœlici fama impulsus Dñs & præceptor meus, Lucas Gauricus , tuæ Celsitudini deditissimus . Admonuit iussit'q; mihi, ut Anni . 1537 præditiones nostras tuæ Maestati Augustissimæ dicatas ad te destinarem . Quibus quid conscia fatorum sidera polliceantur agnoscere , & rebus tuis consulere ualeas . Vale , Et fœlix viuæ ad Nestoreos Annos . Ex vrbium Principe Roma Kalend. Ianuarii .* M . D . XXXVII .

PTolemæus libro secundo Apotelesmatum inquit: In cõuersionibus Annuis quatuor principia constituantur, Arietis, Cancri, Libræ, Capricorni, atq; ab Arietis initio, fit iudicium de statu veris, De Estate, a Cancro: De Autũno a Libra; De hieme, a Capricorno obseruatis tñ interlunijs, atq; plenilunijs luminarium præcedentibus, ex quibus tempor̃ mutationes iudicantur in vniuersali, particulariter uero per interlunia & plenilunia in uno quoq; signo: Anno igitur. 1537. labente. Veris Initium erit. x. Martij circa Solis occasum, horoscopante in Romuleo finitore ultima Virginis decuria. Estatis. xij. Iunij in ortu Solis, emergente primo Cancri decano. Autumnij. 13. Septembris hora. o. m. 20. post Solis occasum, hiemis. xi. Decẽbris hora. x. post Meridiem, Sole dominatũ sibi uendicãte, vere, estate, & hieme: Autũno, Ioue & luna Sumus in orbe magno. 14. in completo. Magni orbis signũ Leo, gra. 19. m̃. 50. Luna magni orbis regina, directionis gradus 28. Scorpij, diuisor autem Sol.

De Temporum qualitate.

Vere nouo Aer declinabit ad temperiem & multæ defluent salubres pluriæ in prima medietate Martij spirabunt venti, in vltima pluuiæ: Aprilis ad Idus. Maij erit aliquantisper pluuius & tempe ries aeris atq; cœli clementia, erunt enim calores maximi per totã ferme estatem: Autumno magni flabunt venti, & procellose defluent pluuiæ, hiems erit frigidissima, cum niuibus altis præsertim Mense Decembri. 1537. & Februario. 1538. Anno præterea. 1537. uertente in uarijs regionibus erunt terremotus: Labente anno gratiæ. 1537. Turcharũ Rex cũ exercitu suo nõ innet contra Christicolas in Italiam, nec erit cuertum aliqued bellum, nisi fortasse armorum plurimi apparatus, & mauortij tumultus. Nihilo secus plebei & proceres suorum regum ac principum

Tyrannides experientur acerbas, & a militibus plurimum exagitati. Eodem Anni. 1 5 3 7. *interstitio sunt pleriq; cælorum desfluxus qui intra Cæsaream Maiestatem & Franciscum Gallorũ Regem Christianissimum pacis fœdera pollicencur: verum enim vero insidias Turcharum perhorrescant Pannonia, & Cartago olim Africe Metropolis, vbi nunc Tunes.*

De Annonæ & rerum hubertate.

Annona uerget ad latus hubertatis, hieme autem. 1 5 3 8. paulisper ad raritatem, vinum Anno. 1 5 3 7. charius uenundabitur, q̃ in reliquis temporibus Anni estate & hieme.

De Egritudinibus.

Multi ex plebecula & mulieres vere & Autũno febribus melancolicis, ac pestiferis, seu venenosis cõflictabuntur. Quedam regina & duæ saltem inclitæ mulieres Interibunt.

De Lunæ Deliquio.

Anno. 1 5 3 7. Lunæ defectus prope nodum Meridianum celebrandus Die. 2 4. Maij circa Solis occasum, ex febribus pestiferis inclitæ Regine, plurimis Mulieribus & plebeis mortem denuntiare uidetur, & vti scripsit proclus litus æquorum, mularumq;, & Armentorum interitus plurimos: Ptolemeus autem Apotelesmatum libro secundo: ex Ioue deliquij & anguli sequentis domino, vaticinaretur hominibus sanitatem gaudia, animorũ tranquillitatem, pacem, securitatem, & Annonæ frugum atq; animantium quæ ad uitam degendam sunt necessariæ hubertatem & Abundantiam, est enim Iupiter vniuersæ fœlicitatis autor, Mars nihil obesse poterit, Ioui platice alligatus. Ignari rerum cælestium semper luminarium eclypses, non nisi grande aliquod malum portendere arbitrantur. Quid polliceatur Eclypsis futura 1 6. die Nouembris in præsentia reticebimus, quoniam suos producet effectus Anno sequente. 1 5 3 8.

De Romanis.

Anno ab vrbe condita. 2 1 1 0. *Qui terminabitur* Kalendis

Aprilis. 1 5 3 8. licet Mars per septimam conuersionis progre diatur Romani, ex rebus bellicis nihil molestiarum degustabunt, quippe qui erunt hostibus potentiores, pleriq; Iouiales, plebei, & mulieres interibunt, proceres plurimi erunt ad edificia, agrorum culturas, gaudia, venereas illecebras, connubia, nuptias celebran das, religionem & itinera longa solito procliuiores, Mulieres gra uidæ ut plurimum masculos parient, & plereq; abortiuos facient & morti occumbent.

De Florentinis.

Omnes quodāmodo tum Florentini, tum Romani norunt quesdā non triuiales sed entheos uates prædixisse, Ducis Alexandri Mor tem violentam. Ego autem uaticinor paupertulos Florentinos an no. 1 5 3 7. molestias et plurima detrimenta ab Militibus perpes suros, sed iam tandem ad pristinam redibūt Auream libertatem. Multa fient edificia, sed pars magna Arcis diruetur & solo equa bitur. Cosmus Medices si uenit in lucem horoscopante tertia ca pri decuria non longo tempore Florentiæ sceptra tenebit, Immo usq; ad calcem Iulii. 1 5 3 8. sibi ab egrotatione acuta, & ira Martis præcauendum erit; si uitam habuerit charam, Alexan der vitellus erit in eadem naui.

De Venetis.

Veneti ad calcem usq; Martii nullam facient dominii iacturā, Im mo potius Diui Marci sceptra dilatabunt, licet propter milites maxima facturi sint dispendia, Verum ab incendiis ab euentu fa ctis non nihil detrimenti sentient per urbem Neptunniā. Magnus quidam patritius, & plurimi ex plebecula præcipue Saturnini in teribunt, Mercatores in cōmutandis mercibus, & itineribus erunt fortunatiores, ad edificia & nuptias celebrandas propensiores, quo rundam inimicorum mortem audient.

De Bononiensibus.

Ad. 2 2. usq; Diem Maii. 1 5 3 8. Bononienses erunt ad litte rarum studia, merces cōmutandas, & hastiludia procliuiores in lon

giri itineribus infortunabuntur, Mulieres multos facient abortiuos & internitionem sentient, plebei ex morbo gallico, scabie, & febribus pestiferis cōflictabuntur, Patricius quidam interficietur, & duo saltem morti occumbent, cum plerisq; ecclesiasticis.

De Mediolanensibus.

Ad Kalendas usq; Iunij. 1537. Mediolanenses pauperculi & tota ferme Insubria alq; Lyguria a militibus, & tributis plurimis uexabuntur. Duo ex nobilioribus decapitabuntur, & plurimi morientur. In residuum Anni ad Kalen. Iunij. 1538. ad gaudia venereas illecebres & conubia propensiores feliciori sorte letabuntur. Multa fient edificia, erunt in mercibus fortunatiores, Ab rege ipsorum tractabuntur mitius q̄ superioribus Annis, Ad agrorum culturas & pecunias exaggerendas, satis propensi, Saturnini pleriq; interibunt.

De Constantinopolitana Vrbe.

Apud peram & bizantium plurimi ex plebe & aliqui ex liberis Turcharum Regis internitionem degustabunt ex febribus pestiferis, Tyrannus ille perfidus in aqueis motibus precipue longis infortunabitur & naufragij īcōmoda experietur: Immo in qualibet eius bellica expeditione sortem experietur amaram neq; iruet contra christicolas, & ante finem Anni. 1538. eius Imperium diruetur & anima ipsius nephāda ibit ad infernos nō reditura lacus. Et uti speramus & sidera portendunt, impia Mahometti secta penitus diruetur ante exitum Anni. 1543. & Bizantij vrbs, si Christicolæ reges uolent, sub Christi redemptoris nostri vexillo reuocabitur.

De Beatiss. Paulo. III. Pont. Max.

Ad calcem usq; Februarij. 1538. Paulus Tertius Pont. Pientissimus patriæ princepsq; paterq; sanitate letabitur, plurima auspicabitur itinera honoratissimaq; pro generali synodo, ut sacro sancta Ecclesia pulcherrime reformetur. Pro militibus solito maiora faciet dispendia. quorundam aduersariorum & infidelium mer-

tem uel excidium audiet, Inter Reges & principes Christianos federa pacis procurabit eosq; rediget cōcordes cum maxima suæ sanctitudinis gloria & laude perenni, plerosq; virtute præditos extollet, eritq; seruis suæ Beatitudinis plus solito oportunus, multa suo nutu fient per vrbem edificia, sed quædam diruentur ab incendijs fortuito factis.

De Cæsare Carolo. V.

Maiestas Cæsarea ad Kalendas vsq; Martij. 1538. effugiat itinera æquorea præsertim longa ne volet naufragij subire discrimina, vtatur etiam bono regimine, ut pernitiosam euitare ualeat egrotationem, quam sidera minantur, non accedat ad bellicos conflictus præsertim vbi tormentales machinæ traijciuntur, si vitam habuerit charam, rogetq; Diuinam Maiestatem, vt ab enarratis periculis tueatur, sidera pollicentur ei filium masculum, licet Imperatricis Annua conuersio filiam decernat, inclitæ reginæ Maiestas plurima arripiet itinera, & terris, & aquis, ob sororis, fratris, uel consanguinei mortem tristabitur.

De Christianissimo Gallorum Rege.

Ad Idus vsq; Septembris. 1537. sidera suæ Maiestati Augustissimæ pollicentur optimam corporis valitudinem gaudia, & Regnorum suorum incrementa, in rei militaris disciplina erit solito fortunatior, mage propensus ad arma, contra Turchas & Arabes quam contra Christicolas, Quorundam aduersariorum excidia, seu mortem audiet, amicus efficietur hostis occultus, multos virtute præditos extollet a quibus summis laudibus celebrabitur. De liberis suæ Maiestatis nihil vaticinari possumus quom genitura ipsorum non dum circunferantur neq; ad nostras manus peruenerint.

De Ferdinando Romanorum Rege.

Ad. X. vsq; Martij. 1538. in oculo aliquid mali sentiet sed sanabitur & lætus viuet: In aqueis itineribus infortunabitur, cuiusdam potentis inimici mortem audiet, suorum regno-

gnorum sceptra dilatabit, uel ad altiorem gradum ascendet, filia si sit nubilis viro copulabitur, sed altera interibit aut grauiter egrotabit.

De Rege Lusitanorum.

Ad. X. vsq; diem Iunij. 1 5 3 8. *superabit suos hostes præcipue Arabes, & Turchas, multa arripiet itinera honorata Thesauros suos exaggerabit, filius si sit vxori: aut filia uiro copulabitur, sua Maiestas prauideat sibi ne in melancolicam dilabatur ægrotationem, soror, vel vnus ex fratribus erit in maximo vitæ periculo. Cardinalis autem Illustriss. & Reueren. longa auspicabitur itinera, utirce ad vrbem.*

De Vayuoda Rege.

Labente. 1 5 3 7. in partibus obscenis aliquid mali degustabit & ventris profluuium, tamen euadet, licet habiturus sit potentes inimicos statum suum tuebitur, in bellis fortunabitur, hostis vnius mortem audiet, suos Thesauros cumulabit, ducet vxorem aut plurima fient uerba de ipsius connubio.

De Hercule. II. Ferrariæ Duce.

Ad *calcem usq;* Martij. 1 5 3 8. *Sanus ac lætus sui dominij sceptra tuebitur, aliquam sortietur hæreditatis portionem, uel opes affluentissimas ab insperato, uel sine labore, virtute præditos fouebit, aliqua auspicabitur itinera honorigera, filium seminabit, uel ei nascetur, & tandem omnia sibi ex sententia succedent.*

De Federico primo Mantuanorum Duce.

Ab medietate Maij. 1 5 3 7. *usq;* 1 5. Maij. 1 5 3 8. *Catarro conflictabitur aut alteratione melancolica & non nihil mali in oculo, suum dominium dilatabit, filiam plantabit, uel ei nascetur satis formosa.*

De Ferdinando Gonzaga.

Caueat sibi ab acuta alteratione, & ne ab equo aliquid sinistri patiatur, iram Martis effugiat, & ne ad hostiles manus

detrudatur in conflictu præsertim duelli eo, cuiusdam hostis publici mortem audiet, uxor, si sit, uitæ discrimina degustabit, ipse in motibus suis venerabitur.

De Francisco Vrbini Duce.

Ad calcem usque Martij. 1538. multi cælorum defluxus maligni, propter equos et milites magna minantur dispendia, carceris, aut exilij incomoda, si in duellum exierit, facile ad hostium manus perueniet, quos experietur potentissimos, aliquã ciuitatem uel oppidum deperdet, filius uel filia non recte habebit, sed duce solita prudentia et amicorum patrocinio posset hosce malignos afflatus effugere.

De Vasti Marchione Inuictissimo.

Si venit in lucem horoscopante spica Virginis, Venus, Regina Anni. 37. suæ ætatis qui terminabitur circa Idus Maij. 1538. decernit ei sanitatem et gaudia, ad Venereas uoluptatum illecebras procliuior magno capietur Amore: plus solito uenerabitur, suos Thesauros augebit, et statum conseruabit, uotorum ferme omnium compos.

De Ferdinando Salerni Principe.

Anno. 1537. præuideat sibi ne in oculo præcipue dextro, aliquid sinestri patiatur, et ne a quadrupede aliquã ex parte ledatur, si eius vxor Illustrissima non fuerit penitus sterilis filium suscipiet ueuustum, aut ei nascetur. Princeps Serenissimus erit ad edificia procliuior, sui etiam Dominij sceptra tutabitur.

Datum Romæ Kalen. Ianu. M. D. XXXVII.

